Dissertatio medica inauguralis, de hydrope, quam annuente summo numine, / ex auctoritate magnifici rectoris Ewaldi Hollebeek, ... pro gradu doctoratus, summisque in medicina honoribus ac privilegiis rite ac legitime consequendis, eruditorum examini subjicit Josephus Fisher, Vicarius de Drax, in Angliae Regno, Sociusque Societatis Physicalis Edinburgi Institutae. Ad diem XXII. Augusti MDCCLXXX.

Contributors

Fisher, Joseph, 1715 or 1716-Hollebeek, Ewald, 1719-1796.

Publication/Creation

Lugduni Batavorum : Apud Fratres Murray, MDCCLXXX. [1780]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/bjudk3xr

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

DE

IYDROPE,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE MAGNIFICI RECTORIS

EWALDI HOLLEBEEK,

S. S. THEOL. DOCT. EJUSQUE FACULTATIS IN ACAD. LUGD. BATAVA PROFESSORIS ORD.

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu, & Nobilissimae FACULTATIS MEDICAE Decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS,

Summisque in MEDICINA Honoribus ac Privilegiis rite ac legitime confequendis,

Eruditorum examini subjicit

JOSEPHUS FISHER,

VICARIUS DE DRAX, IN ANGLIAE REGNO, Sociusque Societatis Physicalis Edinburgi institutae.

Ad diem XXII. Augusti MDCCLXXX. Undecima hora, L. S.

LUGDUNI BATAVORUM, APUD F R A T R E S M U R R A Y, MDCCLXXX.

ANNUENTE SUMMO NUMINE, RX AUCTORITATE MAGNIFICI RECTORIS WALDI HOLLEBEK.

Y D R O P T.

S. S. THEOL. DOCT. ELUSQUE FACULTATIS IN ACAD. LUGD. BATAVA PROFESSORIS ORD.

Amplifius SENATUS ACADEMICI Conjente. & Nobilifius FACULTATIS MEDICAL Discrete.

NECNON

PROGRADU. DOCTORATUS,

Summisque in MEDICIEA Honoribus ac Privilegiis rite ac legitime confequendis,

Ernditorum examini fubjicit

OSEPHUS FISHER,

VICARIUS DE DRAX, IN ANGLIAE REGNO, -Sociusque Societatis Physicalis Edineurgi institutae.

Ad diem axii. Augufti upectaar. Undecima hora, L. S.

AFUD F-R AT'R E S M U R R A Y. MDCCLXXX

-

ERUDITISSIMIS

MONR

N

E.

0

H

F.

A.

• G R E G O R Y, CELEBERRIMIS PROFESSORIBUS MEDICINAE IN ACA-DEMIA EDINBURGHENSI, QUI SEDULO ME HIPPO-CRATICAM ARTEM ILLIC DOCENDO, OFFICIIS SUIS OPTIME FUNCTI SUNT, ET QUI PATERNA ATTENTIONE DILIGENTIAQUE MAXIMA, (UT PERITISSIMI MEDICI) MIHI MORBO PERICULOSO LABORANTI, QUOTIDIE GRATIS INSERVIVERUNT AC ME CON-VALESCENTEM REDDIDERUNT;

NEC NON

AMICO SUO DILECTISSIMO REVERENDO

JOSEPHO LITTLE,

MEDICINAE DOCTORI DE KILILEAGH PROPE DOWNPATRICK IN HIBERNIAE REGNO.

> Haec facra vult JOSEPHUS FISHER.

PLEARERIMIS PROFESSORIDUS MEDICINAE IN AC DEMIA EDINBURGHENSI, QUI SEQULO ME HIPTO CRATICAM ARTEM ILLIC DOCENDO, OFFICHS SUIS OFTIME FUNCTI SUNT, ET QUI PATERNA ATTENTIONE DILIGENTIAQUE MAXIMA, (UT FERITISSIMI MEDICI) MIHI MOREO PERICULOSO LABORANTI, QUOTIDIE GRATIS INSERVIVERUNT AC ME CON-VALESCENTEM REDDIDERUNT;

DRUDITISSIMIS

GREEGIN

1

· Ever

M

ON IS O.

0.77

AMICO SUO DILECTISSIMO REVERENDO

NECNON

OSERENTO LITTILLES MEDICINAE DOCTORI DE RILILEAGH PROPE DOWNPATRICK IN HIBERNIAE REGNO.

Haec facra vuit i Josuinuis Fisuzin.

diffinguitur, id eft in varias fpecies, ideoque has fpecies

DISSERTATIOMÉDICA

DE ANASARCA

H Y D R O P E. Marine Marine

rum faciliorem ac liberiorem reddit. Haec materia aquofa quoque ullis concretionibus, quae evenire & corpori morbum inferre poffunt, impedimentum producit; fed fi lymphatica vel aquofa portio liquidorum in quolibet homine, exhalatione morbidè aucta aut abforptione morbidè diminuta in ulla parte accumuletur, nec

non

non illic stagnat, ita ut vasa praeter naturam distendantur, imo vero tumor insuetus illinc originem habebit, & in hoc casu aegrum esse hydropicum dicimus.

Hydrops variis nominibus, fecundum partem affectam diftinguitur, id eft in varias fpecies, ideoque has fpecies fingulatim, cum diftinctis fymptomatibus confiderabo, priusquam ad generales caufas, prognofin vel methodum medendi animadverto.

I. DE ANASARCA.

In hac fpecie hydropis lympha ftagnat ac per fubcutaneum pingue vel fubftantiam cellulofam totius corporis aut ullius partis diffunditur, quae diffufio lymphae, univerfalis five localis eft. Haec fpecies fere nunquam non a tumore pedum & talorum vespere incipit, fed tumor initio morbi, cum aegrotus horizontali fitu in lecto pro tempore notatu digno extiterit, aut valde diminuitur, aut omnino evanefcit. Partes tumefactae digito impreffae, parvo tempore durante, impreffionem retinent. Tumor paulatim extendit truncumque corporis brachia & faciem poffidet. Refpiratio difficilis, fitis multa, urina parca, nec non perfpiratio diminuta obftructaque eft.

A D NCIAL U. CO UTR TAL L SIS S. C.

1

eft. Molefta ac ficca tuffis, Gravedo atque febris tarda, his fuccedunt. Denique aqua retenta, vafa faepe disrumpit & gangraena non rara confequentia eft.

II. DE HYDROCEPHALO. Si aqua intra thoracem colligatur tune hydrochorac no-

III. DE HYDROTHORAC Emeral

In hac fpecie (*) Aqua in capite colligitur. Hydrocephalus in externum internumque diftinguitur. Si aqua inter integumenta, aut inter ea & Cranium coacervetur, tunc externus vocatur, fed fi aqua inter Cranium meningesque accumuletur, aut inter meninges & cerebrum intra cavitates five ventriculos, qui cafus eft admodum communis in hydrocephalo, tunc internus nominatur.

Haec species cum cephalalgia, nausea, stupore, & saepe vomitu, febre mitique conjungitur. Pulsas irregularis & (incipiente morbo) tardus est. Aegrotus lucis est impatiens, tamen in morbi progressu, pulsas frequentior st. Alvus saepe adstricta, somnus tenuis non autem recreans. Oculorum pupillae dilatantur & visus du-

(*) Doctor Gregorius, in clinicali praelectione Edinburgi de hoc morbo, obfervavit, multo frequentiorem in Britannia fieri, quam olim erat.

men

A 2

duplex est. Siti aeger afflligitur, ac tandem convulsionibus, Apoplexia & morteter sups supine (Jaubesoui) aid

III. DE HYDROTHORACE.

IL. DE HYDROCEPHALO.

pir & gangraena non nara confequentia eff.

Si aqua intra thoracem colligatur tune hydrothorax no-Aeger hac specie adortus, oppressionem & minatur. molestiam circa pectus, dyspnaeam aut difficultatem respirandi percipit, praesertim si scalas vel collem ascendat. Pedes vespere tumidi fiunt, sicca & titllante tussi, facie pallidâ, Lotioque parvo, Aegrotus afficitur. Morbo progrediente, difficulter decumbit, cum terrificis somniis in quiete perturbatur, ac persaepe violenta. faltatione, subito expergefacit. Praeterea fluctuatio aquae in pectore haud raro sentiri potest. Pulsus abnormis & tenuis existit, sed naturali velocior, sin autem aqua in una cavitate thoracis tantum fit, tunc aeger latere in quo aqua continetur, facilius decumbere potest.

setem recreans. Oculorum pupillae dilatantur & vifus DE ASCITE. IV.

-ub

In ascite, intra abdominis cavitatem lympha accumulatur, & si illic aqua rarefiat in vapores, ita ut tactui abdo-0 A men

ADNAUGURALIS.

men durum & tenfum videatur, atque tympano fimilem fonum exhibeat, tunc ei tympanites nomen eft. In afcite aquae in abdomine stagnantes citius putrescunt acrioresque fiunt quam in hydropis ullâ aliâ specie. Abdominis tumor fluctuationis aquae perceptio, fi aegrotum ejus situm mutet, dyspnaea, tuss, parca urina, sitis perpetua, alvus fere semper astricta, ac superiorum Corporis corfumptio, Ascitis non infoliti comites sunt.

V. DE SPECIE, FAEMINEO SEXUI PECU-LIARI, NONNULLIS MEDICIS HY-DROMETRA NOMINATA.

Ovariis colligitor, & quam diffinguere an mene difficile

tur, qui catus value infaeiix eft ," quia abdomen multo

Uteri cavitate, in hoc cafu aqua colligitur ita ut hypogaftrium valde tumidum appareat. Ad tantam magnitudinem aliquando auget, ut fit fimile afciti vero, & aegrota tam oppreffa, gravidaque eft, ut moleftiâ ambulet & vix proclinare poteft. Hypogaftrium tumet, in figura uteri fenfim augens, fluctuans, preffurae facile cedens. Inferiores extremitates faepe etiam tumefiunt. Haec fpecies, fteriles potius quam alias aggreditur, neque facile a praegnatu difcernitur, quia multa fymptomata ambobus communia funt, ut conclufio uteri interni ori-

ficii

ficii in arctum, menfes fupprefii, gradualis auctioque abdominis. Nihilominus medicus prudenter folitus difcernere, fequentibus fignis hunc morbum nofcere poteft. In hydrope uterino, mammae molles & flaccidae, fed in praegnatione durae tumidaeque funt.

Quinetiam circiter quatuor aut quinque menfes poft impregnationem, motio faetus plerumque fentiri poteft. Haec fpecies hydropis & praegnatus aliquando conjunguntur, qui cafus valde infaelix eft, quia abdomen multo magis tumidum fit, confequens partus difficilior eft, & uulier fere femper mortuum aut debilem faetum expellit. Altera fpecies eft huic multifariè fimilis, in qua aqua in Ovariis colligitur, & quam diftinguere ab afcite difficile eft nifi infpectione anatomicâ appareat.

storges 3 VI. DE HYDROCELE. bonnipils mon

readining valde tumidum apparent. Ad tantam magnitudi-

tam, oppielle, gravidaque ent, ut moleftil ambulet &

Haec fpecies virili fexui folum propria eft. In hoc morbo aqua in feroto continetur, & plerumque in tunicâ vaginali. Tumor mollis transparens & fluctuans eft. Auget paulatim donec interdum ad magnam molem etiam fere praeter imaginationem accrefcat. Postremo anno, Medicum in nosocomio Edinburgi comitabar, ubi nobishy-

ION AUGOURALIS.

7

hydropicus erat, cujus scrotum ad fuinae vesicae magnitudinem cum aere valde distentae tumefactum est. Testiculi intra aquam contentam sentiri non poterant. Scrotum omnino pellucidum erat, ac nec magnitudo neque figura in positione corporis ulla perdebatur.

DE HYDROPIS CAUSIS.

Causae hydropis immediatae sunt, primò exhalatio vel effusio liquidi ferosi supernaturaliter aucta, aut secundo, abforptio ejusdem liquidi fuper naturaliter imminuta. Hae caufae ab aliis magis remotis originem trahunt. Exhalatio aut effusio serosi liquidi praeter naturam aucta quae est prima causa immediata, pendet primo in iis quae fanguinis motionem in venis ad cor more folito impediunt, quia reditu venosi sanguinis in parte obstructo, motio fanguinis in arteriis inde retardatur, dum vis a tergo, id est muscularis cordis vis eadem manet, atque arteriofo fanguine inceffanter exerta, infolitam quantitatem ferofae partis per minora vafa in cavitates corporis protrudit. Externa preffurâ conterminarum partium, ut tumoribus viscerum juxta positis, magna pinguedine, aut ullis obstructioribus, in jecinore pulmonibus &c. a Scirrho

rho (*) empyemate aut aliâ caufâ, venofus fanguis impediri poteft. Sanguinis motio in venis etiam fitu partium corporis, fuppreffione folitarum evacuationum, a qua generalis plethora oritur, aut habitu corporis cahectico aliquatenus obstrui potest.

DE HTDROPIS CAUSIS.

Aucta exhalatio, a diminutione fluidorum, quae ftatu naturali feparari oportet, & per excretoria emitti, originem ducere poteft. Hujus caufa eft manifesta, quia fi fluida tenuia quae a massa fanguinis in variis glandulis, fano statu secerni debent, in fanguine maneant sine tali secretione, per earundem glandularum debilitatem vel obstructionem, tunc in cavitates corporis circulatione exhalabuntur, & ita hydropi originem praebebunt.

Perfpiratio perpetua a cute & pulmonibus, mictusque Urinae funt excretiones nullatenus contemptibiles fed notatu digniffimae. Tamen fuppofitio fit perfpirationis fupernaturaliter imminutae, dum Urina pro ratâ proportio-

(*) Doctor Gregorius literis valde imbutis ait fe vidiffe hydrocephalum, qui a cerebri scirrho originem habebat.

orig

INAUGURAALIS. (9

tione non augetur, in eo cafu probabilitas hydropis fuccedendi, ab redundantiâ materiae perfpirabilis retentâ permagna eft; nam haec materia in corpore detenta, in quasdam cavitates ejusdem impellitur. Sin, vice verfâ, Lotium morbide minuatur & perfpiratio non proportionaliter crefcat, dum folitum alimentum deglutitur, tunc probabilis confequentia eft, ut fluida materia quam aegrum meiere oportet in quaedam corporis cavorum effufa fuerit, unde hydrops generabitur.

Tale impedimentum hydropi originem praebere novi. Quidam, largampotionem aquae frigidae nocte in lecto exudans imbibebat ac nullum fubitum effectum fentiebat, nihilominus diluculò faciem ejus tumefactam invenit, & inferiores extremitates totum corpusque etiam, paucos dies poft. Similia exempla multa producere in publicum poffum, ubi hydropes originem habuerunt a frigore ad corpus calidum applicato, fed nihil neceffe eft. Frigus fuperficiem corporis conftringit, & naturalem perfpirationem aut penitus obftruit aut valde diminuit.

aquae vel aliorum diluentifin Ilegiuticorum. Nam quam-

vis in humano corpore multa excretoria fimit, quae &

ièri plus nimio in fanguine oriri poteft, a magni copià

Exhalationis auctae vel effusionis fluidi ferosi, relaxa-

tio

tio folidorum fupernaturalis alia caufa exiftit, hinc alii morbi, in quibus folida relaxantur hydropi initium dant, ut paralyfis, scelotyrbe, febris intermittens, Cachexia, Chlorofis &c. Solidis valde relaxatis & cohefione fibrarum consequenter diminutà, transitus serosorum fluidorum ex solito effusorum per minora vasa facilior & expeditior fit, ita ut exhalationis auctio in cava ex confequentià orta fuerit. Solidorum relaxatio talis a variis causis produci potest, scilicet a frequentibus & magnis fanguinis fluxibus nec non aliis profusis evacuationibus, a vitâ fedentaria, passionibus deprimentibus, anxio studio aut ab ulla Caufa, quae vires corporis exhaurit vel imbecillum ftatum inducit. jo moiori oluoulibe aucumolidia

cos dies polle. Similia c. VnIa multa producere in pu-

blicum poffum, ubi hydropes originem habuerunt a fuinor

& inferiores extremitates totum corpusque clams pau-

Aucta exhalatio etiam sit, si sluida valde rarefacta fint, autfi proportio feri plus nimio in fanguine vel parcitas rubrorum globulorum in eodem existat. Proportio feri plus nimio in sanguine oriri potest, a magna copià aquae vel aliorum diluentium deglutitorum. Nam quamvis in humano corpore multa excretoria funt, quae à natura ad exoneranda superabundantia liquida, designantio tur

B

AINAUGURALES.

tur, attamen haec variis accidentibus interdum obstrui & excretiones minui poffunt. In tali ftatu, ubi magna copia diluentium imbibitur & excretiones aptâ proportione non fiunt, redundantia in cava corporis effundetur ac hydropis productio erit. Sanguinis rubrorum globulorum quoque defectus aliquando existit, atque repetitae & copiofae haemorragiae eundem producunt, five infirmus habitus, in quo concoquentes afimilantesque corporis potestates nimis justo debilitantur, eidem originem praebeat. Si rubri globuli cum fero in idoneâ proportione non fit, partes fluiditate gaudentes in circulatione per vafa retineri non poffunt, sed per exhalantia nimis copiose transibunt. Imo vero fi affimilantes facultates corporis non fint fatis validae, nutritias partes fanguinis reficere, tunc tota massa valde tenuis dissolutaque fit, tenuissima pars in cava corporis exhalatur ac leucophlegmatia ex neceffario muneribus exhalationis fünguntur; reb sequitur. bus, aquae accumulatio pey defectum ablorptionis p &

folitae circulationis in lymphaticis exiftet.

Ruptura lymphaticorum hydropi, in parte in quam lympha extravafatur ortum det. Chylus effufus eruptione lacteorum inventus eft. Hinc inferre licet, rupturam in aliis lymphaticis corporis fieri posse, fin autem hoc eve-B 2 niat,

niat, perpetuam effusionem liquidi tenuis a vafe erupto accumulari illic, atque hydropicum tumorem generari, oportet.

ron finnt, redundantia in.I. a corporis effundetur ac in

dropis productio crit. Sanguinis rubrorum globulorum

Ad fecundam proximam hydropis caufam nunc progredior, videlicet abforptionem imminutam. Si fluida phyfice effufa, abforbentibus vafis non reforbeantur, tantâ celeritate quantâ exhalantur, accumulatio fiet, hydropsque citius aut tardius nafcetur, fecundum proportionem exiguitatis abforptionis collatae in vaftitatem exhalationis. Haec caufa originem ab aliis caufis magis remotis trahit, id eft, ab lymphaticorum vaforum vel Glandularum obftructione. Si haec tali modo obftruantur ut lympha nec libere nec facile per ea tranfire poffit nifi in parvis Quantitatibus, dum exhalantia more folito, muneribus exhalationis funguntur; rebus ita fe habentibus, aquae accumulatio per defectum abforptionis, & folitae circulationis in lymphaticis exiftet.

Relaxatio vel atonia lymphaticorum alia caufa abforptionis imminutae aliquando fit: Quia ut haec vafa valvulis, aptis interftitiis fuppeditantur, ita ut lympha recurrere non poteft, fic in fano ftatu, mufculari vi nunquam non

ATON CATUL GOUTR TATE ISS. C 13

non urgente, fluidum circulans in iisdem propellitur. Sin autem vafa continentia valde, relaxentur ac mufculorum vis multum minuatur, impotentia & incpta fient, neque capacia plene efficiendi officia fua, & ex confequentiâ circulatio valde tarda erit. Abforptio minor fubfiftet, aqua effufa in cavis accumulabitur & hydrops ex neceffitate generabitur.

euntes moribos exhamiantur & conflitutio corporis effraeta fit, tune carfa din Ocar M nobis Oft Roffos milus pro viribus, inefficaces futuros & mortein acgrotum e medio

De hujus morbi eventu an felice an infelice, proprie dijudicaturis, caufae generantes, natura & ufus partis affectae, duratio temporis praeterita morbi, aetas, vires, conftitutioque aegroti perfecte perpendenda funt. Si caufa, a qua generatur manifefta fit & facile amoveri poffit, fi pars affecta non fit talis, qualis omnino requifita eft ad efficienda officia, quae funt neceffaria ad continuandam vitam, ut in anafarca &c., fi morbi duratio non longa fuerit, fi aegrotus juvenis robuftusque fit; in iis cafibus per auxilium medicamentorum, nobis fpes felicis terminationis morbi fit. Sin autem morbus ab offificationibus aut aliis obftructionibus in corde vel magnis vafis originem ducat, feu ab obftructionibus in he-

B 3

pate,

pate, pulmonibus aut aliis visceribus, quae vix discerni, nec tamen discretae fine majore difficultate amoveri poffunt, mortalis confequentiae nobis metus existat. Etiam fi pars affecta vitalis fit, ut fi aqua intra cranium vel pericardium accumuletur, aut fi morbus longum tempus duraverit vel fi aeger aetate provectus ac infirmus existat, vel fi ejus vires per aegritudinem aut praeeuntes morbos exhauriantur & constitutio corporis effracta fit, tunc causa dubitandi nobis est nostros nisus pro viribus, inefficaces futuros & mortem aegrotum e medio fublaturam.

METHODUS MEDENDI HYDROPEM. res, confritutioque asgroti perfecte perpendenda funt.

In hujus morbi medelâ natura parvum auxilium praebet, & eheu ! quod infortunio addit, cum pro longo tempore protractus fuerit, caufa fui augmenti fit. Si tumor largus fit, exhalatio angetur preffurâ venarum, quod reditum fanguinis ad cor prohibere tendit. Abforptio quoque diminuitur impreffione factâ in lymphaticis per quae liquida tranfire oportet. Vifcera ac vafa in hoc modo relaxantur. Hinc Araeteus recte dixit, " ab ipfo " pauci liberantur idque felicitate ac deorum potius quam " ar-

I NA JUAGOU RAALLISS. I IS

" artis auxilio" & quamvis exitus felices moderni non rarissime confecuti fint, tamen curationem incertam esse confitendum est.

Ad efficiendam curationem, a naturâ duae indicationes funt. Prima eft aquam effufam exinanire, fecunda corroborando fyftema, aquae reditum impedire. Omnia evacuantia (ut credo) in hydrope a medicis tentata funt, videlicet. Diuretica, Cathartica, Emetica, Diaphoretica, epispastica, fontanellae & paracentefis. In ordine de his loquar.

contumacem .2121TTANUIC ad il.Ie cinerum in vino curari. Nitrum etiam fecretionem urinae valde pro-

Haec claffis medicamentorum valde idonea ad curationem hydropis mihi videtur, quoniam liquida materia quae eft morbi conftitutio, urinâ naturaliter exoneratur. Tamen valde infelix & medicis & aegrotis eft, curationem hujus morbi diureticis faepe non effici poffe. Diuretica quae ad praebenda remedia infigniora adaptantur, funt Colchicum, Allium, Genifta & nitrum. Colchici multa laus erat in clinicalibus praelectionibus, fuperiore hyeme Edinburgi narratis, tamen celeberrimum medicum dicere audivi, fe colchicum perfaepe impotens in hydrope removendo percepiffe, nec unquam ejusdem probationem vidi,

vidi, ergo de hoc non amplius addere fed de allio dicere volo, quod videtur in hoc morbo effe remedium multo potentius.

Allium hydropem curare fua vî fine ullo alio medicamento notum eft, tamen hoc perraro effici credo. In decoctione allium exhibeatur, vel quod melius mihi videtur, tota fpica in fubftantia deglutiatur, fi aegrotus fic facere poffit. Genifta faepe a medicis in hydrope praefcribitur, & aliquando decoctum fummarum extremitatum viridis geniftae felices effectus perfeciffe dicitur. Legi contumacem anafarcam infufione Geniftae cinerum in vino curari. Nitrum etiam fecretionem urinae valde promovet. Doctor Brookes fcripfit, fe faeminam nofcere a qua hydrops amotus eft dofe nitri in potu cerevifiae omni mane exhibitâ, quamvis illa infanabilis antea adjudicata erat.

DE CATHARTICIS. and and

retica quae ad praebenda remedia- infigniora adaptantur,

Potentissima purgantia esse optima dicuntur, quia valde stimulant ac ita non solum evacuationem faecum, sed absorptionem etiam promovent. Celeberrima cathartica quae in hydrope olim usitata suerunt, sunt Gambogia, scammonia, calomelus cum jalappa &c. Haec omnia in me-

IN AUGURALISS IN

medendo hydropes multum laudata funt, tamen obfervare debere doleo, illa faepe non curare & quod infelicius eft, fi non allevent, cohibendo perfpirationem & per repetitum ufum inducendo debilitatem, noxia funt, nihilominus fi non faepifime parvis intervallis repetantur, morbus non levabitur fed potius ingravefcet.

Frequens repetitio drafticorum purgantium certo certius debilitatem inducit, fymptomatibusque malis favet. Cremor tartari catharticum optimum recenter effe inventum eft, & cui maxime est confidendum in hydropis remedio. Mitis & lenis eft. Ei Diureticae aeque ac catharticae qualitates funt. Celeber medicus adhuc vivus, hoc medicamento, in Edinburgi nofocomio, tredecim ex vigintio hydropicis fanavit. Ab femuncia ad unciam unam folutam in aquae pondere vicies multiplicato, pro dofe mane exhibuit faepe decem vel quatuordecim dies elapfi funt, antequam effectus ullo modo percipi poterant. Interdum? nulli perceptibiles effectus in viginti ant triginta diebus producebantur. Dofis ex catharticis effectibus ordinata eft. Si uncia una indies exhiberetur & violens purgatio excitaretur, tunc partitis vicibus mane & vespere, vel dofibus minoribus & frequentioribus dabatur.

Uni aegroto uncias duas quotidië in variis dofibus Do-

C

ctor

ctor praescripfit. Mitis frictio cum scopis carni aptatis eodem tempore effecta est, ita ut circulationis & absorptionis augmentum esset. Inter viginti hydropicos, septem anafarcae purae erant. Harum quinque fanabantur. Duae ex his anafarcis biennium duraverant. Ex duodecim ascitibus, septem hydropici convaluerunt, tametsi ex his quinque cum anafarcis complicabantur. Ex quatuor hydrothorace assisting, cum quâdam aliâ hydropis specie complicato, duo fani fiebant.

Hinc inferre licet, hanc medicinam in amovendis anafarcis valde potentem, in afcite non tantam, fed in hydrothorace multo minoris potentiae effe. In quibusdam hydropibus, ubi eventus falutares fuerunt, cremor tartari non per alvum dejecit, in quibusdam non fenfim urinae excretionem augebat. In aliis fanatio effecta eft fine alvi dejectionis vel urinae exerctionis augmentatione. Non catharticâ neque diureticâ fed deobftruente poteftate, verifimiliter operari hic poterat, ex hac quoque probabile eft primarios effectus pendere, quia nobis diuretica catharticaque cremore tartari multo potentiora funt, quae tamen multo invalidiora antihydropica. A toto quod fcripfi de hoc medicamento, cremorem tartari valde potens remedium in hoc morbo periculofo effe, fatis apparet. Qui-

AINAUGURALIS.

Quidam medici Edinburgi nuper, digitalem ad coelum fuftulerunt pro hydropis remedio. Methodus praeparandi illic eft, tres drachmas foliorum exficcatorum in aquae ebullientis Libro infundere, & poft fex horas colare. A femuncia ad unciam infufionis ter indie exhiberi medicus praeferipfit. Ego foeminam hydropicam in nofocomio vidi. In quam, infufio, hoc modo fine multo notabili beneficio, ingefta eft. Dofis ad unciam quater indie augebatur; aegrota tunc naufeâ & cephalalgiâ affecta eft, ac ergo plus imbibere abnegavit. Medicamento poftea omiffo, ufu cremoris tartari, fana ex morbo fiebat.

comio Edinburgenfi , fep. prfu fcillarum valantes redditi funt. In omnibus feptem, in quibus fcillae adverfas

Tertiam classem medicamentorum nunc exploratum advenio, fcilicet, emetica. In operatione haec infigniter ad absorptionem auctam exciunt, ac fi dosibus parvis faepe repetitis exhibeantur, ita ut primò, nausea, posteaque vomitio excitetur, alvi dejectio & corporis exudatio plerumque consequuntur, ideoque emetica in hoc morbo utilissima funt, tribus variis evacuationibus promovendis, ac per idem tempus absorptione augenda. Tempus terere non volo, in enumerandis fingulis emeticis medica-

men-

mentis, sed tantum pauca de scillâ, quae multo aliis omnibus excellentior in hoc morbo mihi videtur, addam.

Inter diuretica, scilla non raro ordinata est. Ejus diuretici effectus in hydrope curando ab eruditiffimo Doctore Culleno fic memorantur. " In fanguinem introducta, " diuretica est, sed hoc prospectu, intentiones nostrae " faepius frustrantur quam adimplentur". Huic doctrinae a me omnino affentiendum est : nihilominus si exhibitio saepe repetatur tempore digno notatu, usquedum vomitus excitatur, antihydropicum medicamentum valde potens frequenter se demonstrabit, idcirco scillam hic ut emeticam folum confidero. Ex decem hydropicis in nofo. comio Edinburgenfi, septem usu scillarum valentes redditi funt. In omnibus septem, in quibus scillae adversus morbum valebant, profusa vomitio producebatur. In tribus, qui vità defungebantur vomitus nunquam oriebatur, quamvis aliae evacuationes augebantur. Omnes decem ascite laborabant. Quatuor, ex his qui fani fiebant, anafarca, tribus hydrothorax, duobusque & anafarca & hydrothorax fuerunt. rumque confequentur.

Modus exhibendi fic fuit. Pulv. exficcat. feill. gr. III. nitr. p. nuc. mosch aa gr. X. fim. fyr. q. f. mifce. fiat bolus. Hydropicus primo, hunc quotidie deglutivit, postea

bis

INAUGURALIS. 21

bis indie. Interdum dofis augmentum fuit. Uni aegroto, grana octo decem indies fine malis effectibus, tamen improspera dabantur. Primò alvi dejectio, urinaeque excretio auctae funt, hydropicis tumoribus paulum reductis. Perseverando in exhibitione paucos dies, id est, inter duos & fexdecim, nausea vomitusque excitabantur. In aliis citius, in aliis tardius, vomitus generatur, qui est valde severus atque cum acuto dolore in ventriculo comitatus. Vomitione durante, pulsus valde tardus est.

Aegroto qui fcillis evomuit duodecim aquae libros in eodem paroxysmo, pulfationes arteriarum plures quam quadraginta non erant, fpatio temporis, dum chorda cum plumbo affixo, triginta & novem pollices longa, fexaginta vibrationes effecit, tamen nullum nocumentum aegro occurrit. Sed utut medicus in ftuporem ac admirationem conjectus eft, et ftatim fafciam ad corroborandum abdomen, ac tonica praefcripfit, metuens ne, aquis evacuatis tumoreque hydropico in abdomine tam fubito diminuto, eventus infelix foret. AEgrotus nihilominus, hydrope amoto, validus fiebat. Vomitu manente, ut fluida evacuantur, abdomen pro rata diminuitur. Vomitio non citius duobus non ferius fexdecim diebus ortum habebat. Doctifimus Doctor Home obfervavit, fe fcillas

C 3

pri-

primo praescripsifie, confilio urinam promovendi, ergo parvum nitri & myristicae addidit & postea hanc formulam semper retinuit, quamvis nitrum & myristicam fortasse superflua esse credit. Hinc, actuali experimento concludendum est evacuationem vomitu scillarum persaepe atque impunissime ad hydropem amovendum valde potentem esse.

IV. DE DIAPHORETICIS.

tasts.U. Vomitione durante ; puirles valde tardas oft.

chine estime in allie turding volution generating off

Haec species medicamentorum, catharticis, diureticisque, in omni Hydrope qui ab obstructa perspiratione originem trahit, praeoptanda est. Diuretica & Cathartica a cute deducunt, perspirationem reprimunt, ac in hoc casu morbo causam augentem dat. In Hydrope, qui ab hac causa oritur, balneum tepidum esse optimum diaphoreticum mihi videtur. Nihilominus si aqua in thorace existat, non satis securum est. In nosocomio Edinburgi hydrothoracicus, e balneo tepido emergens, subito & statim e vita excessit.

evacuanture, abdomen pro Na diminuitur. Vomitio non

citius d'appus non ferios fexdecim diebus ortum habebat.

drope amote a validus fiebat. Vomitu meacate, ut finida

Ad epispastica, fontinellas, incisionesque animadverto. Etiamsi

INAUGURALIS. 23

Etiamfi haec aliquibus prohibita funt, aut ad minimum ufus eorum magnâ cautione admiffus eft, ne inflammatio vel Gangraena induceretur; tamen quippe hae affectiones ufu fomentationum & digeftivorum aptorum plerumque refifti poffunt, in variis cafibus iisdem uti licet, nam faepe cum fructu comitantur, praefertim fontanellae in anafarca.

Adolescentula olim anafarcâ diu laborans, quae multa medicamenta deglutiverat, curae Doctoris Home se fubjecit, nihilominus solum sub hac pactâ conditione, nulla medicamenta amplius a se deglutienda esse. Se nunquam ullam tumesactam magis vidisse Doctor ait. Fontanellam in unum & alterum crus, ulcusculumque perpetuum in cervicem inferi praescripsit. Sex hebdomadibus tumefactionis subsidentia apparens fuit. His octo menses continuatis, cum frictione, rurali aere ac exercitio perfecte fana fiebat.

Eodem modo postea, alios validos reddidit, & haec quam incisiones pluris aestimat, quia incisiones cito persanantur, dum fontanellae ulcusculaque perpetua, diu aperta retineri possunt. Perparvula pars materiae sic evacuatae visibilis est, quoniam rarissima pars evaporat. Hoc manifestum est a fontanellâ membrum tam cito emaciante,

ſi

fi longum tempus maneat. Incifiones cum scalpri cuspide, fi non valde profundae, in anasarca cum beneficio effectae sunt. Hoc clarius apparet, quia cutis tumesacta, temporario solamine interdum disrumpitur.

In afcite, fi parvo tempore, cremori tartari, fcillis vel aliis medicamentis, morbis non manifefte concedat, ad paracentefin confugiendum eft, & aquae fic amovendae funt. Haec operatio, fi tempeftive perfecta, id eft, antequam humorum vitium adveniat, vel antequam inteftina in aquâ diu maceratâ corrumpentur, cum aliquo commodo ufurpari poteft. Sed-folamen hac operatione datum Ah, folum temporarium & non permanens eft! Praeterea, in hoc loco de hac agere impertinens eft, quia operatio eft chirurgica.

Primâ intentione medendi, feilicet aquae evacuatione completâ, ad loquendum pauca de fecundâ quae eft reditum impedire corroborando fyftema, progredior. Poft aquae evacuationem folidorum relaxatio femper adeft, atque haec amovenda eft, fi curationem effe permanentem velimus. Ad efficiendum hoc, tonica administranda funt, videlicet nutriens diaeta, tamen admodum facilis digestu, nempe panis bene fermentatus, & firmus animalium cibus. Potus ejus quoque corroborans este debet feilicet bonum

vi.

INAUGURALIS, 25

vinum &c, aut fitis fugendo fuccum Aurantiorum, quodammodo fedari poteft. Secundo, exercitium modicum. Hoc eft rite aptatum ad fyftema renovandum, & fecundum aegroti robuftam vel debilem conditionem accomodari oportet. Si valde infirmus fit, geftari in quodam vehiculo debet, vel eum equitatione fi fufferre poffit aut fi fatis robuftus fit, ambulare, fodere, cum pilâ vel globis ludere aut talibus exercitiis uti oportet, & eadem efficere, donec paulatim fatigatus corpore eft.

alaciertoin voibilier a.I I chinale

Corroborantia medicamenta quoque exhibenda funt. Tametfi multa corroborantia in materià medicâ enumerantur, nihilominus Peruvianum corticem optimum effe credo. Drachmam pulveris in vini cyatho bis vel ter indies deglutire licet, vel fi aegroti ventriculus debilis fit & fubftantiam retinere non poffit, tunc infufio aut decoctio ejusdem administranda est.

Balneum frigidum celebrandum tonicum eft, & fi aeger idem fine incommodo fubire possit, cum fructu faepe exercere licet. Exhaustas naturae vires, actionem cordis & arteriarum augendo atque excretiones promo-

D

ven-

vendo, frequenter reftaurat. Nihilominus fi jecur vel alia vifcera obstructa aut non fana fint, improprium est, quia subita contractione externorum vasum, fluxus liquidorum immodicus in morbidas languidasque internas partes immitti potest, ergo cautione utendum est. Si aegrotus usu balnei frigidi debilior sit vel si algidus post emersionem diu maneat, tunc omittendum est.

nee qualitin fatigatas corrib L Eff.

aut tatibus exercitiis un oportet ; & endem efficere, do-

Calefacientem vestitum ad evehendam perspirationem, etiam aegrotum gerere oportet, praesertim pannum laneum cuti contiguum.

rantur, - nihilominus Paravi.V.In conficent optimum ello

Tameti multa corroborantia in wetters modich crume-

credo. Drachmam pulveris in vini cvatho bis vel ter in-

Frictio cum scopis carni aptatis vel pannis laneis, quodammodo in loco exercitii imbecillimis substituatur. Fricationem crurum in hydropico, cum oleo camphorato, valde commodam esse, ab experientia mihi exploratissimum esse; amovere tumores, fanationemque promovere admodum tendit.

Praxis antefcripta ad curandos & amovendos hydropes, valde

INAUGURALIS. 27

valde accommodatifiima mihi videtur, & hanc proprie exercitam, felicifiimi eventus perfaepe comitabuntur, ni fpes me fallit : nam haec effe potentifiima medicamenta antihydropica, hactenus in publicum prolata, quae fupra memoravi, certe credo.

TANTUM.



